



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 74. Fœderatorum molimina ad expugnandum Oenipontum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI satur, & feciales ab Augustanis submis-
A.C 1552. si audiuntur, eisque pacta admodum
 honorifica conceduntur, eoquod cives
 Augustani ejusdem Nationis essent, cu-
 jus oppugnantes erant.

§. LXXIV.
*Fæderatorum molimina ad expugnan-
 dum Oenipontum.*

Eo tempore Imperator Oeniponti gra-
 vibus podagræ doloribus laborans
 nonnisi familiares suos, ceterosque Pro-
 ceres, quos officii sui ratio eo vocabat,
 secum habebat; percepta igitur tam
 subitæ conspirationes notitia vehemen-
 ter perculsus tanto majori admiratione
 afficiebatur, quo minus clandestina e-
 jusmodi consilia, priusquam in apertas
 erumperent flamas, in se cudi sibi
 persuadere poterat, quamvis jam an-
 tea sæpius de conjuratorum machina-
 tionibus fuisse admonitus. Imo etiam
 tunc majores hostis progressus sistere a-
 deo non erat sollicitus, ut vix de belli
 apparatu cogitaret, spe fretus, hanc
 conspirationem brevi dissipandam, aut
 saltem non eo usque progressuram, ut
 ejus quoque vitæ, ac securitati insidiæ
 struerentur. Verum sua eum spes fe-
 fellit; quippe Mauritius rapido victo-
 riarum cursu multa oppida vetricibus

ar-

armis suis subegerat , captaque urbe ^{Sæcul. XVI.} Augustana Fœderati decrevere , sine ^{A.C. 1552.}

ullo temporis dispendio promotis castris

Oenipontum esse contendendum , eo-

quod ibidem Cæsar copiis destitutus

abs dubio sese hostium arbitrio comit-

tere cogeretur. Attramen Mauritius

cum Carolum , a quo tot beneficiis fue-

rat cumulatus , forte ad tantas angu-

stias redigere abhorret , vel fœdera-

torum ardorem admiratus eos verbo-

rum facetiis distinere percuperet , hæc

eisdem reposuit. Vobis deest cavea

satis ampla , in qua tam vastum hujus

volucris corpus includere possetis : mox

tamen ad hæc respondit Albertus : in-

sequamur nihilominus avem istam , quæ

si capta fuerit , facile de cavea , cui

includetur , prospici poterit : cum ergo

Mauritius eorum aviditatem magis au-

geri cerneret , illisque suspicionem ,

ne forte ipsus perversa foveret consi-

lia , ingeri vereretur , inconsiderato ,

quo servebant , furori cedendum existi-

mabat , quapropter rupta omni mora

exercitus Alpes superat , viarum adi-

tus invaduntur , tantaque rabie in mi-

lites , qui eos obsidebant , irruitur ut

trucidatis Cæfareorum potissimis pla-

na ad Cæsarem via pateret.